cionis euertit. arma locutionis abicit. escam quietis male quesitę
paruipendit. asinam & pullos eius absolutos ducens obuiam domino.
bethfage currit idest confitetur se in his peccasse. respondet se
deinde humiliter ac delectabiliter uiuere. et qui prius erat castellum
diaboli. efficitur urbs fortitudinis nostrę syon. saluator ponetur in
ea murus et ante murale; Murus humilitas. ante murale patientia.
in hac ciuitate sunt portę aures. oculi. et huiusmodi. quę non semper
patere debent. scilicet claudantur diabolo. et aperiantur xpo; Corpus autem
pons per quem ascenderunt in ciuitatem. quę et debet claudi & aperiri.
claudi scilicet ut subiciatur spiritui. ne conculcetur a uiciis et diabolo ne pateat
eius ingressus in urbem;

Missus est angelus gabriel ad mariam. idest predicator diuini
uerbi ad peccatorem. et concepit maria ihesum idest peccator sanctum
propositum et bonum desiderium. quod est saluator peccatorum. quia sic
querit remedium salutis; Conceptio autem fit a timore dei qui
est principium boni et initium conuersionis; Et nouem mensibus portatur
ihesus conceptus sic bonum propositum non cito profert iustus sed nutrit de
liberando quod aliquando fit per moram temporis diuturni. aliquando momen
to breui; In nono mense parit. quia tunc ad claustrum uenit
et sanctum propositum aperit; Sed adhuc paruulus & tener est ihesus. nec
potest circumcidi ne ledatur uel moriatur; In circumcisione
enim superflua deponuntur idest propria uoluntas; Sed iste talis.
non est idoneus; In octauo die circumcisio fit; Primus dies

j est dies spei. quia appropinquante regno celorum iam incipit bona
sperare. et inde nascitur paciencia quia propter spem pacienter sustinet aduersa.
ij Secundus dies est ueritatis. quando incipit se cognoscere. scilicet perpendendo
quanta sit infirmitas et miseria sua. Unde dolet cognoscens abiec
tionem peregrinacionis sue. et sic habet humilitatem. Vel ex cognitione
enim infirmitatis humilitas nasci solet. Et hec duo paciencia et humi
litas necessaria sunt contra pugnam carnis. quam primo sustinet.
iij et contra quam pugnat. Tercius dies est uirtutis quia uirtute
et fortitudine opus est contra suggestiones et assultus quos diabolus
extra mouet. scilicet ne cadat uirtus est necessaria. Post pugnam car
iiij nis sequitur pugna diaboli. Quartus est dies pacis. quia post pugnam
et uictoriam pax sequitur. in qua non torpet et pigritatur. sed congre
v gat uirtutes utilis et exercetur. Sed necessarius est dies scien
cie ne indiscrete et inordinate utatur uirtutibus. sed racionabile
vj sit obsequium omnibus. Postea est dies iusticie quia iusticiam quam
habet in se zelatur in aliis. uolens alios sibi conformes fieri et do
let quam exemplo non proficiunt. Ideo etiam uellet per sermone frui ad
corrigendos illos qui nolunt corrigi. Irascitur et contra detrahe
ntes et obstinatos. Sed ne zelus uertatur in iram inmodera
tam. et ne sub specie correctionis appetat primatum elacionis.
vij recurrendum est ad diem sapiencie. Sapiencia dicitur a sapore. quia iustus
habet saporem dei et dulcedinem eternitatis. et ad illum fontem
recurrendum est et potandum. ne sit nimis iustus. ne peccat

in iusticia sua; S; rursum ne nimis delectatus in sapore et dulce
dine interiori minus sollicitetur de utilitate proximi; Sequitur dies viij
octauus id est caritatis que non querit que sua sunt. s; que
aliorum et de proximo tanquam de se sollicitatur; In hac die fit cir
cumcisio id est proprie uoluntatis deposicio; De propria enim
uoluntate fiunt mala. de communi bona; In propria uolun
tate fit superbia in communi dilectio et humilitas; In hac die
puer circumciditur quia omnis circuitus superbie et erroris depo
nitur et amputatur. et nomen imponitur quia noticia uirtutum
in palam ostenditur. et sic ab aliis sua proprietate discernitur; Ante circum
cisionem in presepio est positus pannis inuolutus. presepe est me
moria cui iumenta alligantur. id est animales homines et feno uescuntur.
id est carnalibus desideriis et motu illicito delectantur; S; me
moria constringitur ut sit presepe ihu. et tunc mea scilicet propositum
deponitur id est pannis inuoluitur; Panni sunt memoria passio
nis xpi et recordacio legis et per hec iumenta arcentur et fenum
desideriorum expellitur; Nichil est melius carnalia desideria expellit.
quam frequens recordacio passionis xpi;

v Uidendum est autem qui sunt pii illi. s. qui deum colunt
Pietas est cultus dei qui in tribus est que inuisibilia sunt.
s. fides spes. caritas; Impii carent his tribus nec deum colunt.
quorum consilium est uisibilia inuisibilibus terrena celestibus ante
ponere; Horum caput est diabolus qui deo nolens subici deus